

# Prologus

Incipit prologus in librū Judith.

**N**ud hebreos liber Ju-  
dith inter agiographa le-  
gitur: cuius autoritas ad  
rotundanda illa q̄ in cōten-  
tionē veniūt. minus ido-  
nea iudicat. Chaldeo tñ sermone cons-  
criptus: inter historias cōputat. Sed  
qz hunc librū synodus nicena in nume-  
ro sanctar̄ scripturarū legis cōputat. et  
acquieci positulationi vīe. Imo exactōni  
et iepositis occupatōib⁹ qbus vēhemē-  
ter artabar. huic ynā lucubratiunculā  
dedi: magis sensum e sensu qz ex vēlo  
verbū trāferēs. Multoz codicū varie-  
tate viciōsissimā amputauit: sola ea que  
intelligētia integra in vībis chaldeis in-  
uenire potui. latinis exp̄ssi. Accipite iu-  
dith viduā. castitat̄ exemplū. et trium-  
phali laude ppteruis eā p̄contis declara-  
te. Hāc enī nō solū feminis: sed et vi-  
ris imitabilē dedit q̄ castitat̄ ei⁹ remū-  
rator. virtutē ei⁹ talē tribuit. ut inuictū  
oīb⁹ hoīb⁹ vinceret. insupabilē suparet.

Explicit prologus. Incipit  
liber Judith Capitulū. I.

**R**phaxat ita:  
qz rex medoz subiugaue-  
rat multas gētes impio-  
suo ⁊ ip̄e edificauit ciuita-  
tē potētissimā quā appellauit egbathā/  
mis. Et lapidib⁹ q̄drāz ⁊ sectis fecit mu-  
ros ei⁹: in altitudine cubitorū septuagī-  
ta. et in latitudine cubitorū triginta.  
turres vero ei⁹ posuit i altitudine cubito-  
rū centū. Per q̄drū vero eāp. lat⁹ vtrū  
q̄vīcenoz pedū spacio cēdebat: posuitqz  
portas ei⁹ in altitudine turrū. Et gloria  
bat q̄si potēs in potentia exercit⁹ sui. et  
in gloria q̄drigaz suarū. Anno igī decimo  
regni sui nabuchodonosor rex  
assyriozq̄ regnabat in niniue ciuitate  
magna. pugnauit ḥ arphaxat. ⁊ obtinu-

it eū in cāpo magno qui appellat̄ ragan  
circa eufraten et tigrin ⁊ iadason in cā-  
po erioch regis elicor. Tūc exaltatū est  
regnū nabuchodonosor et cor eius ele-  
uacū est. Et misit ad oēs q̄ habitabāt i  
cilitia et damasco ⁊ libano. et ad gētes  
q̄ sunt in carmelio ⁊ cedar. et inhabita-  
tes galileā. et in cāpo magno eldrelon.  
et ad oēs qui erāt in samaria ⁊ trās flu-  
mē iordanē vsc̄ hierusalē. et oēs terrā  
esse. quousqz quenāt ad mōtes ethio-  
pie. Ad hos oēs misit nūcios nabuchodo-  
nosor rex assirior. q̄ oēs vno aio cō-  
tradixerūt. et remiserūt eos vacuos. ac  
sine honore abiecerūt. Tūc indignatus  
nabuchodonosor rex ad oēm terrā illaz:  
iurauit p thronū ⁊ regnū suū q̄ defede-  
ret se de oīb⁹ regionib⁹ his. La. II.

Ano tertio decimo nabuchodo-  
nosor regis. vīcīfīma et secun-  
da die mēsis primi: factū ē ver-  
bū in domo nabuchodonosor regis assy-  
rioz ut defenderet se. Glocantqz oēs  
maiores natu. oēsqz duces bellatores  
suos. ⁊ habuit cū eis mysteriū p̄ filij sui  
Dixitqz cogitationē suam in eo esse. ut  
oēm terrā suo subiugaret imperio. Qd  
dictū cū placuisse oīb⁹: vocauit nabu-  
chodonosor rex bolofernē principē milii  
tie sue. ⁊ dixit ei. Egredere aduersuz oē  
regnū occidētis. et p̄tra eos p̄cipue qui  
cōtempserūt imperiū meū. Nō parceret  
ocul⁹ tuus vili regno oēm q̄ vrbē mu-  
nitā subiugabis mihi. Tūc bolofernē  
vocauit duces ⁊ magistratus virtutis  
assyrioz. et dinumerauit viros in expe-  
ditōne sicut p̄cepit ei rex centūvīginti  
milia peditū pugnator. et eq̄tes sagit-  
tariorū duodecim milia. Omneqz expe-  
ditōz suā fecit p̄ire in multitudine innu-  
merabiliū cameloz. cū his q̄ exercitib⁹  
sufficerent copiose: lūū qz armēta. gre-  
gesqz ouīū. quoz nō est numerus. Fru-  
mētū ex oī syria in trāsitu suo parari cō-  
stituit. Aurū vero ⁊ argētū de domo re-  
gis assumpsit multū nimis. Et p̄feci⁹  
est ip̄e et oīs exercitus cū quadrigis et  
equitib⁹ et sagittarijs. qui cooperuerūt  
ee

facie terre sicut locuste. **L**uc ptransis-  
set fines assyriorū: venit ad magnos mó-  
tes ange qui sunt a sinistro cilitie ascen-  
ditq oīa stella eoz et obtinuit omnem  
munitionē. Effregit autē ciuitatē opis  
natissimā melothi: pdavitq oēs filios  
charis et filios hismael qui erāt ptra fa-  
ciē deserti et ad austriū terre celeon. Et  
trā suit eufraten et venit in mesopota-  
miā et fregit oēs ciuitates excelsas que  
erāt ibi a torrētē mābre vsg quo pueni-  
atur ad mare. et occupauit termios ei  
a cilitia usq ad fines iaphet qui sunt ad  
austriū. Adduxitq oēs filios madian. et  
predauit omnē locupletatiouē eoz oēs  
qz resistētes sibi occidit in ore gladij. et  
post hoc descēdit i cāpos damasci in die  
bus messis et succēdit oīa sata oēsq ar-  
bores et vineas fecit incidi. et cecidit tū-  
mor illius sup oēs inhabitantes terrā.

**T**unc miserūt legatos **III**

**C**uius vniuersarū vrbū ac pum-  
ciarū reges ac prīcipes syrie. s.  
et mesopotamie. et syrie sobal et lybie at/  
qz cilitie: q veniētes ad holofernē direēt  
Definat indignatio tua circa nos. Ne  
lius est enī vt viuētes seruiamus na-  
bucodonosor regi magno et subditi si-  
mus tibi qz morientes cū interitu nō  
ipi seruitutis nostre dama patiamur.  
Omnis ciuitas nostra omnisq possē-  
sio oēs mótes et colles et cāpi et armēn-  
ia lōvū: gregesq ouiuū et caprarū equorū  
qz et camelorū et vniuerse facultates no-  
stre atq familie in conspectu tuo sunt:  
Sint oīa sub lege tua. Nos etiā et filii  
nostrī serui tui sumus. Gleni nobis pa-  
cificus dñs et vtere seruitio nostro si-  
cut placuerit tibi. **L**uc descēdit de mó-  
tibus cū equitibz in virtute magna et  
obtinuit omnē ciuitatē et omnē inha-  
bitantē terrā. De vniuersis autē vrbibz  
assumpit sibi auxiliarios viros fortes  
electos ad bellū. Tantusq metus pro/  
vintiū illis incubuit ut vniuersarū vr-  
biū habitatores principes et honorati si-  
mul cū pplis exiret in obuiā veniēti ex-  
cipientes eū cum coronis et lampadis

bus: ducentes choros in tympanis et  
tybjs. Nec ista tū faciētes ferocitatē  
eius pectoris mitigare potuerūt. Nam  
et ciuitates eoz destrunt et lucos eoz  
excidit. Precepāt enī illi nabuclodono  
sor rex ut oēs deos terre exterminaret:  
vīz vt ipē solus diceretur deus ab his  
nationibz q potuissent holofernē potē-  
tia subiugari. Pertransiēs autē syriam  
sobal et omnē appamia omnēq meso-  
potamia venit ad idum eos in terra ga-  
bba: accepitq ciuitates eoz et sedit ibi p  
triginta dies in quibz dieb adunari p  
cepit vniuersum exercitū virtutis sue.

**T**unc audiētes hec si **III**  
**t** lij israel q habitabāt terrā iuda  
timuerūt valde a facie ei?. Tre-  
mor etiā et horroz inuafit sensus eoz:  
ne hoc faceret hierusalē et tēplo dñi: qd  
fecerat ceteris ciuitatibz et templis eaꝝ  
Et miserunt in omnē samariā per cir-  
cumitū vsg hiericho. et poccupauerūt  
omnes vertices montū. Et muris cir-  
cundederūt vicos suos et ɔgregauerūt  
frumenta in preparationē pugne. Sa-  
cerdos etiā eliachim scripsit ad vniuer-  
sos q erāt ptra esdrelon q est ptra facie  
cāpi magni iuxta totām et vniuersis p  
quos vie transitus esse poterat: vt obti-  
neret ascensus montū p qz via esse po-  
terat ad hierusalē. et illic custodirēt vbi  
angustiū iter esse poterat inter montes  
Et fecerūt filii israel kīm q cōstituerat  
ei sacerdos domini eliachim. Et clama-  
uit omnis populus ad dominū instan-  
tia magna et humilauerunt aias suas  
in ieunijs et orationibus ipi et mulie-  
res eoz. Et induerunt se iacēdotes  
clitijs. infantes pstrauerunt contra fa-  
ciem templi domini et altare dñi ope-  
ruerūt cilitio. Et clamauerūt ad domi-  
num deū israel vnanimiter: ne darent  
in predā infantes eorum. et vires eo-  
rum in divisionē et ciuitates eorum in  
exterminium. et sancta eorum in pollu-  
tionem et fierent in opprobriū genti-  
bus. Tunc eliachim sacerdos dñi ma-  
gnus circūiuit oēm israel: allocutusq

est eos dicens. Scitote quoniam erau-  
dier dominus per nos si manentes per-  
manseritis in ieuniis et orationibus in  
spectu domini. Demores estote moy-  
si ierui domini qui amalech cōfidente  
in virtute sua et in potētia sua et in ex-  
ercitu suo et in clypeis suis et in curribus  
suis et in cūquicibus suis non ferro pu-  
gnando: sed precib⁹ sanctis orando de-  
iecit. Sic erūt vniuersi hostes israeli: si  
pseueraueritis in hoc ope qđ cepistis.  
Ad hāc igitur exhortationē eius depre-  
cantes dominū permanebant in con-  
spectu domini: ita ut etiam hi qui offe-  
rebat domino holocausta precincti ci-  
lit⁹ offerent sacrificia domino et erat  
anū super capite eorū. Et ex toto corde  
suo omnes orabant deum: ut visitaret  
populū suū israel.

## V

Unciat⁹ est holoferni princi-  
pi militie assyriorū qđ filij istael  
prepararent se ad resistendū  
ac montium itinera cōclusissent. et fu-  
rore nimio exarsit in iracundia magna  
Elocuitqđ omnes principes moab et  
duces ammon: et dixit eis. Dicte mihi  
quis sit populus iste qui montana obsi-  
det: aut que et quales et quante sint ci-  
uitates eorū. que etiā sit virtus eorum  
aut que sit multitudine eorum vel quis  
rex militie illorum et quare p̄ omnibus  
qui habitant in oriente isti contempse-  
runt nos et non exierūt in obuiam no-  
bis: vt susciperent nos cum pace? Tunc  
achior dux omnium filiorum ammon  
respondens ait. Si digneris audire do-  
mine dicam veritatem in cōspectu tuo  
de populo isto qui in montanis habitat  
et nō egredietur verbum falsum ex ore  
meo. Populus iste ex progenie chaldeo-  
rum est. Hic primum in mesopotamia  
habitauit quoniam noluerūt sequi de-  
os patrum suorum qui erant in terra  
chaldeorum. Deserentes itaqđ cerimo-  
nias patrum suorū que in multitudi-  
ne teorū erant vnum deum celi colue-  
runt: qui et precepit eis ut exirent inde  
et habitaret in charra. Ei⁹ opernisset

omneni terram faines. descendēt in  
egiptum: illicqđ per quadringentos an-  
nos sic multiplicari sunt ut dinumera-  
ri eorum non posset exercitus. Cumqđ  
grauiasset eos rex egypti acqđ in edifica-  
tionibus v̄ibum tuarum in luto et la-  
tere subiugasset eos clamauerūt ad do-  
minum suum et percussit totam terram  
egypti plagijs varijs. Cumqđ eieciſſent  
eos egypti a se et cessasset plaga ab eis  
et iterū eos vellent cape et ad suum ser-  
uitium reuocare. fugientibus his deus  
celi mare aperuitata ut hincide aque  
quasi murus solidarent: et isti pede sicco  
fundum maris vambulādo transiret.  
In quo loco dum innumerabilis exer-  
citus egyptiorum eos persequeret ita  
aquis cooperitus est: ut nō remaneret  
vel vnuſ qui factum posteris nuncias-  
ret. Egressus etiam mare rubrum des-  
serta tina montis occurseret in quibus  
nunqđ homo habitare potuit vel filius  
hominis requieuit. Illic fontes amari  
ob dulcati sunt eis ad bibendum et per  
annos quadraginta annonam de celo  
consecuti sunt. Tibicūqđ ingressi sunt  
sine arcu et sagitta et abi⁹ scuto et gla-  
dio: deus eorum pugnauit p̄o eis et vi-  
cit. Et non fuit qui insultaret populo  
istū: nisi quando recessit a cultu dñi dei  
sui. Quorū scūqđ aut̄ preter ipm deū  
suum alterum coluerunt dati sunt in  
predam et gladium et in opprobrium.  
Quorū scūqđ autem penituerunt se  
recessisse a cultura dei sui: dedit eis deus  
celi virtutem resistendi. Deniqđ chana-  
neum regem et iebuseum et phereces-  
um et ethicum et eueum et ammoreū  
et omnes potentes in eselvū p̄strau-  
runt. et terras eorū et ciuitates eorū ipsi  
possiderūt et vsqđ dū non peccarent in  
conspicu dei sui. erant cum illis bona.  
Deus enim illorum odit iniquitatem.  
Nam et ante hos annos cū recessissent  
a via quā dederat illis deus ut ambus-  
larent in eo exterminati sunt prelijs a  
multis nationibus et plurimi eorū ca-  
ptivi abducti sunt in terram nō suam

Nop aut̄ reuersi ad dominum deū suū  
ex dispersione qua dispersi fuerant ad  
unati sunt et alcederunt mōrana hec  
omnia et iterum possident hierusalem  
vbi sunt sancta sanctorum. Nunc ergo  
mi domine perquire si est aliqua inqui  
tas eorum in conspectu dei eorū ascen  
damus ad illos quoniam tradens tra  
det illos deus eorum tibi et subiugati  
erunt sub iugo potentie tue. Si vero  
non est offensi populi huius coram deo  
suo non poterimus resistere illis: quo  
niam deus eorum defendet illos. et eri  
mus in obprobriū vniuerse terre. Et  
factū est cū cessasset loqui achior̄ verba  
lexicarati sunt om̄is magnates holofer  
nis et cogitabant interficere eū dicen  
tes ad alterutru. Quis est iste q̄ filios  
israel posse dicat resistere regi nabuc  
donosor̄ et exercitibus eius: homines in  
ermes et sine virtute et sine pitia artis  
pugne. Et ergo agnoscat achior̄ quoni  
am fallit nos: ascendemus in monta  
na et cum capti fuerint potentes eorū  
tuuc cum eisdem gladio trasuerberabi  
tur: vt sciat omnis gens qm̄ nabuc  
donosor̄ deus terre est et preter ipsum  
alius non est.

VI

Actum est autē cum cessasset  
loqui indignatus holofernes  
vehementer dixit ad achior̄. Qm̄  
appletasti nobis dices q̄ gens israel de  
fendatur a deo suo vt ostendā tibi quo  
niam non est deus nisi nabuchodonosor̄  
sor̄ cum p̄cesserimus eos omnes sicut  
hominem vnum tunc et ip̄e cum illis  
assyriorum gladio interibis. et omnis  
israel tecum perditione disperiet et p̄ba  
bis quoniam nabuchodonosor̄ dominus  
sit vniuerse terre. Tuncq; gladius mi  
litie mee transierit per latera tua et confi  
rus cades inter vulneratos israel et nō  
respirabis ultra donec extermineris cū  
illis. Porro autem si prophetiā tuam  
veram existimas non concidat vultus  
tuus et palloz qui faciem tuam obtinet  
abscedat a te: si verba mea hec putas im  
plere non posse. Et autem noueris q;

simul cū illis hec experieris: ecce ex hac  
hora illoz populo satiaberis vt dum di  
gnas mei gladij penas excepterint ip̄e si  
mul vltioni subiaceas. Tūc holofernes  
precepit seruis suis: vt cōprehenderet  
achior̄ et ducerent eum in bethuliā et  
traderent eum in manus filiorū israel  
Et accipientes eum serui holofernisi p  
fecti sunt p campesiria: sed cum appro  
pinquassent ad montana exierunt con  
tra eos fundibulari. Illi autem diuer  
tentes a latere montis ligauerūt achis  
or̄ ad arbores manibus et pedibus. et  
sic victum de restibus dimiserūt eum  
et reuersi sunt ad dominū suū. Porro  
filii israel descendentes de bethulia vene  
rūt ad eum. Quem soluētes duxerūt  
ad bethuliam: atq; in medium populi  
illum statuentes p̄conati sunt quid re  
rum esset q̄ illum vinctum assyrij reli  
quissent. In dieb illis erant illic prin  
cipes: oq̄ias filius micha de tribu lyme  
on et charmi qui et gothoniel. In me  
dio itaq; seniorum et in conspectu oīm  
achior̄ dixit omnia que locutus fuerat  
ab holoferne interrogat̄ et qualiter po  
pulus holofernisi voluisset propter hoc  
verbuz interficere eum. et quemadmo  
dum ip̄e holofernes iratus iussit eū  
israelitis hac de causa tradi. vt dum vi  
ceret filios israel tunc et ipsum achioz  
diuersis iubeat iterire supplicijs ppter  
hoc q̄ dixisset deus celi defensor̄ eorum  
est. Cungz achior̄ vnuersalē exposuit  
set omnis populus cecidit in facie ado  
rantes dominū et communi lamenta  
tione et fletur namimes preces suas do  
mino effuderunt dicentes. Domine de  
us celi et terre intuere superbiā eorum  
et respice ad nostram humilitatem et  
faciem sanctorum tuorum attende. et  
ostende quoniam non terelinquis pre  
sumentes de te et presumētes de se et  
de suavitate gloriantes humilias. Fi  
nito itaq; fletu et per totam diem ora  
tione populorum cōpleta: cōsolati sunt  
achior̄ dicentes. Deus patrum nostro  
rum cuius tu virtutem predicas ipse

# Judith

tibi hanc dabit vicissitudinē: ut eorum  
magis tu interitum videas. Cum ve-  
ro dominus deus noster tederat hanc  
libertatem seruis suis: sic et tecū deus  
in medio nostri: ut sicut placuerit tibi:  
ita cum tuis omnibus conuerseris no-  
biscum. Tunc oīias finito consilio su-  
scepit eum in domum suam et fecit ce-  
nam magnam. Et vocatis omnibus p-  
sbyteris simul expleto ieunio resece-  
runt. Postea vero conuocatus omnis  
populus per totam noctem intra ecclē-  
siā orauerunt: petentes auxiliū a deo  
israel.

## VII

**H**occepsit exercitib⁹ suis: ut ascen-  
derent cōtra bethuliam. Erat  
autem pedites bellatorum centum vi-  
ginti milia: et equites vigintiduo mi-  
lia. preter pparationes virorum illorū  
quos occupauerat captiuitas et addu-  
cti fuerant de prouinciis et urbibus vni-  
verso iuuentutis. Omnes parauerunt  
se pariter ad pugnam contra filios is-  
rael. et venerunt per crepidinē mion-  
tis usq; ad apicem qui respicit sup do-  
thaim a loco qui dicitur belma usq; ad  
chelmon qui est contra esdrelon. Fili⁹  
autem israel ut viderunt multitudine  
illorum prostrauerunt se super terram  
mittentes cinerem sup capita sua. vna  
numes orantes ut deus israel misericor-  
diam suam ostenderet super populum  
suum. Et assumentes arma sua bellica  
federunt per loca que angusti itineris  
tramitē dirigunt inter montosa et erat  
custodientes ea tota die et nocte. Por-  
ro holofernes dū circumit pgyrum rep-  
petit q̄ sonis qui influebat aqueductus  
illorum a parte australi extra ciuitatez  
dirigeret et incidi precepit aqueductū  
illorum. Erant tamē non longe a mu-  
ris fontes ex quibus furtim videbant  
haurire aquam: ad refocillandū potius  
q̄ ad potandum. Sed filij ammoti et  
moab accesserunt ad holofernem dicē-  
tes. Fili⁹ israel non in lancea nec in sa-  
gitta confidunt: sed montes defendunt

illos: et muniunt illos colles et precipi-  
cio constituti. Ut ergo sine cōgressione  
pugne possis superare eos pones custo-  
des fontini ut non hauriant ex eis et  
sine gladio interficies eos: vel certe fa-  
tigati tradent ciuitatem suam quā pu-  
lant in montibus positā superari non  
posse. Et placuerunt verba hec corā ho-  
loferne et corā satellitibus eius et con-  
stituit pgyrum centenarios per singu-  
los fontes. Tunc ista custodia per dies  
viginti fuisse expleta defecerunt cister-  
ne et collectiones aquarum omnibus  
inhabitantibus bethuliam: ita ut non  
esset intra ciuitatem vnde satiatentur  
vel vna die: quoniam ad mensurā da-  
batur populis aqua quotidie. Tunc ad  
oīiam congregati omnes viri feminine  
q̄ iuuenes et puuli omnes simul vna  
voce dixerunt. Judicet deus inter nos  
et te: quoniam fecisti in nos mala: nolēs  
loqui pacifice cum assyris: et ppter hoc  
rendidit nos deus in manibus eorū.  
Et ideo non est qui adiuuet: eum pro-  
sternamus ante oculos eorum in siti  
et in pditione magna. Et nunc congre-  
gate vniuersos qui in ciuitate sunt: vt  
sponte tradamus nos omnes populo  
holofernis. Oelius est enim ut capi-  
ui benedicamus dominum viuētes q̄  
moriāmūrū simus obprobrium omni-  
carni cum videamus vrores nostras et  
infantes nostros mori ante oculos nos-  
stros. Contestamur hodie celum et ter-  
ram et deum patrum nostrorum qui ol-  
ciscitur nos fū peccata nostra vt iam  
tradatis ciuitatem in manu militie ho-  
lofernis ut sit finis noster breuis ī ore  
gladij qui longior efficitur in ariditate  
sitis. Et cum hec dixissent fact⁹ est fle-  
tus et ululatus magnus in ecclesia oīis  
bus et per multas horas vna voce clas-  
mauerunt ad deum dicentes. Necca-  
nimus cum patribus nostris iniuste-  
egimus: iniuitatem fecimus. Tu qui  
pius es miserere nostri et in tuo flagel-  
lo vindica iniqūates nostras et noli tra-  
dere cōfidentes te populo qui ignorat

te: ut non dicant inter gentes ubi est deus eorum. Ecce cum fatigati hiis clamoribus et hiis fletibus lassati siluerint: exurgens oculas insulsus lachrymis dixit. Ex quo animo estote fratres et vos quinque dies expectemus a domino misericordiam. Fortitan enim indignationem suam abscedet et dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium faciem? hec verba que locuti estis.

VIII

E factum est cum audisset hec verba iudith vidua que erat filia merari. filii idox. filii ioseph filii oziel filii elai filii iamnoz filii gedeon filii raphoi filii achitob filii melchiae filii ena filii nathanie filii selatiel filii simone filii ruben et vir eius fuit manasses qui mortuus est in diebus messis hordeacee: instabat enim super alligantes manipulos in campo et venit ellsus super caput eius et mortuus est in betulia ciuitate sua et sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem iudith reliqua eius vidua iam annis tribus et mensibus sex. Et in superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum in quo cum puellis suis clausa morabatur et habebat super lumbos suos cilium ieunibat omnibus diebus vite sue: preter sabbata et neomenias et festa domus israel. Erat autem eleganti aspectu nimis cui vir suus reliquerat diuitias multas et familiam copiosam: ac possessiones armentis bovinis et gregibus ovini plenas. Et erat hec in oibus famosissima quoniam timebat dominus valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Hec itaque cum audisset quoniam oculas promisisset quod transacto quinto die traduceret ciuitatem: misit ad presbyteros chabri et charmi. Et venerunt ad illas et dixit illis. Quod est hoc verbum in quo consenserit oculas ut tradat ciuitatem assyriis si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium: Et qui estis vobis qui tentatis dominum. Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed po-

tius qui iram excitet: et furorem accendat. Prosternit vos tempus miserabilis domini: et in arbitrium vestrum die constitutis ei. Sed quia patientis dominus est: in hoc ipse penitemus. et indulgentiam eius vobis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo deus sic cominabitur. neque sicut filius vobis ad iracundiam inflamabit. Et ideo humiliemur illi aias nostras. et in spiritu constituti humiliato servientes illi dicamus flentes domino. ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum. ita etiam de nostra humilitate gloriemur. quoniam non sumus securi peccata patrum nostrorum quod te reliquerunt deum suum et adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt ingladium et in rapinam et in confusio nem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus preter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius. et exquirere sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum et humiliabit omnes gentes quemque insurgent contra nos. et faciet illas sine bone domini deus noster. Et nunc fratres quoniam vobis qui estis presbyteri in populo dei et ex vobis pendet aia illorum ad eloquium vestrum corda eorum erigitur ut memores sint: quia tentati sunt patres nostri ut probarentur sive re colerent deum suum. Memores esse debent quomodo pater noster abraham tentatus est et per multas tribulationes probatus dei amicus effectus est. Sic isaac sic iacob sic moyses et omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non suscepserunt cum timore domini et impatientiam suam et impropterum murmurationis sue contra dominum. perulerunt exterminati sunt ab exterminatore et a serpentibus perierunt. Et nos ergo non vesciscamur nos pro his que patimur sed reputantes peccatis nostris hec ipsa supplicia mi-

# Judith

nora esse flagella domini quasi servi q̄ corripimur ad emendationem et non ad peccationem nostram euenisse cre-  
damus. Et dixerunt illi oq̄ias et p̄sby-  
teri. Omnia que locuta es vera sunt et non est in sermonibus tuis vlla repre-  
hensio. Nunc ergo ora p̄ nobis: quoniam mulier sancta es et times deum. Et di-  
xit illis iudith. Sicut quod potui loqui  
tei esse cognoscitata quod facere dis-  
sposui probate si ex deo est et orate ut fir-  
mum faciat deus consilium meum. Sta-  
bitis vos ad portā nocte ista et ego exē-  
cum abra mea et orate ut sicut dixi. In  
diebus quinq̄ respiciat dñs populu-  
suim israel: Tlos autem nolo ut scru-  
temini actum meum et vsc̄ dum re-  
nunciem vobis nihil aliud fiat nisi os-  
ratio p̄ me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam oq̄ias princeps iude.  
Glade in pace: et dominus sit tecum in  
victoriem inimicorum nostrop̄. Et res-  
uertentes abierunt.

## IX

Cibis ascendentibus iudith  
q̄ ingressa est oratorium suum et induens se cilitio posuit cinerē  
super capit suum et prostermens se do-  
mino clamabat ad dominum dicens.  
Domine deus patris mei symeon qui  
dedisti illi gladiū in defensionem alie-  
nigenarum qui violatores extiterunt  
in coinquuatione sua. et tenudauerūc  
semur virginis in cōfusionem et dedi-  
sti mulieres illorum in predam et filias  
illorum in captiuitatem et omnē pre-  
dam in divisionem seruis tuis qui q̄es  
lauerunt celum tuum: subueni queso  
te domine deus meus mihi vidue. Tu  
enī fecisti priora et illa post illa cogitasti  
et hoc factū est qd̄ ip̄e voluisti. Omnes  
enī vie tue parate sunt et tua iudicia  
in tua prouidentia posuisti. Respice ca-  
stra assyrioz nunc sicut tunc castra egyptioz  
videre dignatus es: quādo post  
seruos tuos armati currebat confiden-  
tes in quadrigis et in equitatu suo et in  
multitudine bellator̄. Sed aspergisti su-  
per castra eoz et tenebre fatigauerunt

eos. Tenuit pedes eoz abyssus et aque  
aperuerūt eos. Sic fiant et illi domine  
qui confidunt in multitudine sua et in  
curribus suis et in contis et in sagittis  
suis et in lanceis gloriant̄. et nesciunt  
quia tu ip̄e es deus noster qui conteris  
bella ab initio et domin⁹ nomē est tibi.  
Erige brachium tuum sicut ab initio.  
et allide virtutē eorum in virtute tua.  
Ladat virtus eoz in iracundia tua qui  
pmittunt se violare sancta tua et pollu-  
ere tabernaculum nominis tui et deince-  
re gladio suo cornu altaris tui. Fac do-  
mine ut gladio p̄prio eius supbia am-  
putetur. Capiatur laqueo oculoz suo-  
rum in me et percuties eū ex labijs cha-  
ritatis mee. Da mihi in animo constan-  
tiam ut contemnam illum et virtutes  
ut euertam illum. Erit enim hoc me-  
moriale nominis tui: cum manus fe-  
mine deicerit eum. Non enim in mul-  
titudine est virtus tua domine neq; in  
equorum viribus voluntas tua. Nec  
superbi ab initio placuerūt tibi: sed hu-  
miliū et mansuetorū semper tibi pla-  
cuit deprecation. Deus celorum creator  
aquarum: et dominus totius creature  
exaudi me miseram deprecantem. et de-  
tua misericordia presumentem. Me-  
mento domine testamēti tui et da ver-  
bum in ore meo et in corde meo confi-  
lium corroborā ut domus tua in sancti-  
ficatione permaneat. et omnes gentes  
agnoscant: quia tu es deus et nō est ali-  
ius preter te.

## X

Actum est autē cū cessasset cla-  
mare ad dñm: surrexit de loco  
in quo iacuerat p̄strata ad do-  
minum. Vlocavitq; abram suā et descē-  
dens in dominum suam abstulit a se cili-  
tium et exiit se vestimentis viduitatis  
sue. Et lauit corpus suum et vnxit se  
myrto optimo et discriminauit crinez  
capitis sui et imposuit mittā sup caput  
suum et induit se vestimentis iocundis  
tatis sue. Induitq; sandalia pedib⁹ sui  
is: assumpsitq; textrariolas lilia et inau-  
res et anulos et omnibus ornamētis

suis ornauit se. Qui etiam dñs cōtulit  
splendorem: qm̄ omnis ista cōpositio  
nō ex libidine sed ex virtute pendebat.  
Et ideo dñs hanc in illā pulcritudinē  
ampliavit: vt incōparabili decole oīm  
oculis appareret. Imposuit itaq; abre  
sue ascopam vini 7 vas olei et polentā  
et lapates et panes et caseum profecta  
est. Cūq; venissent ad portam ciuita/  
tis inuenierunt expectantem oīiam: et  
p̄blyceros ciuitatis. Qui cū vidissent  
eam stupentes mirati sunt nimis pul/  
critudinem eius. Nihil tamen interro  
gantes: dimiserunt transire dicentes  
Deus patrū nostrorū te tibi gratiam  
et omne consilium tui cordis sua vir/  
tute corrolvet et gloriatur super te hie  
rasalem 7 sit nomen tuum in numero  
sanctorū et iustorū. Et dixerūt hi qui  
illuc erāt omnes una voce fiat fiat. Ju  
dith vero orans dñm transiuit per por/  
tas ipa et abra eius. Factum est autem  
cum descenderet montem circa ortum  
diei: occurserunt ei exploratores assy/  
riū et tenuerunt eā dicentes. Unde  
venis: aut quo vadis? Que respondit.  
Filia sum hebreorū. Ideo ego fugi a fa/  
cie eorū: quoniā futurū agnoui p̄ den/  
tur vobis in deprecationē p eo q̄ cōte/  
mnentes eos noluerūt tradere seipos  
vt inuenirent misericordiam in cōspe/  
ctu vestro. Hac de causa cogitauit meū  
dicens. Adam ad faciē p̄incipis ho/  
lofernīs ut indicem illi secreta illorū et  
ostendā illi quo auditu possit obtinere  
eos ita vt nō cadat vir vñus de exerci/  
tu eius. Et cum audissent viri illi ver/  
ba eius cōsiderabant faciez eius 7 erat  
in oculis eoz stupor: qm̄ pulcritudinez  
eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad  
eam. Cōseruasti animam tuā eo q̄ ta/  
le repperisti cōsilium ut descēderes ad  
dominū nostrū. Hoc autem scias: qm̄  
cū steteris in cōspectu eius bene tibi fa/  
ciet 7 eris gratissima in corde ei?. Dux/  
erunt zillā ad tabernaculum holofer/  
nis nunciātes eā. Cūq; intrasset ante

faciē eius statim captus est in suis oculis holofernes. Dixeruntq; ad eum sa/  
tellites eius. Quis cōtemnit populuſ  
hebreorū qui tā decoras mulieres hinc  
vt nō p̄ his merito pugnare cōtra eos  
debeamus? Clidens itaq; iudith holo/  
fernem sedentē in canopeo quod erat  
ex purpura et auro 7 smaragdo 7 lapis  
dibus preciosis intextū. et cū in faciez  
eius intendisset adorauit eum proster/  
nens se sup terrā. 7 eleuauerūt eā serui  
holofernis iubente dño suo.

XI

Vnde holofernes dixit ei. Equo  
tālo esto 7 noli pauere in corde  
tuo qm̄ ego nuncq; nocui virū  
qui voluit seruire nabuchodonosor re/  
gi. Populus aut̄ tuus si nō cōtemsis;  
let me: nō alleuassē lanceā meā super  
eū. Nūc aut̄ dic mihi: quā ex causa reces/  
fisti ab illis. et placuit tibi vt venires  
ad nos? Et dixit illi iudith. Sume ver/  
ba ancille tue: qm̄ si fecutus fueris ver/  
ba ancille tue: pfectā rē faciet dñs tecū  
Cuiuit enī nabuchodonosor rex terre. 7  
vivit virtus eius que est in te ad corre/  
ptionē oīm aiap errantiū qm̄ nō soluz  
hōies seruient illi p te: sed 7 bestie agri  
obtemperāt illi. Nunciaſ eī animi tui  
industria vniuersis gentib;. 7 indicatū  
est omni seculo qm̄ tu solus vñs 7 po/  
tentes in omni regno eius 7 discipli/  
na tua oībo p̄uincijs p̄dicat. Nec hoc la/  
tet qđ locut̄ est achior: nec illud igno/  
rat qđ ei iuſſeris euenire. Cōstat eī de/  
um nostrū sic peccatis offensus: vt mā  
dauerit p̄p̄hetas suos ad p̄p̄lm q̄ tra/  
det eū p̄ peccat̄ suis. Et qm̄ sciūt se of/  
fendisse deū suū filij israel tremor tuus  
sup ipos est. Insup etiā fames iuasit  
eos 7 ab ariditate aq; iā inter mortuos  
cōputantur. Deniq; hoc ordinat̄ vt in/  
terficerent pecora sua et bibat sanguine  
m̄ eoꝝ. et sancta dñi sui q̄ p̄cepit de/  
nō p̄tingi. in frumento vino et oleo hec  
cogitauerūt impendere. et voluit cōsu/  
mere que nec manib; debetē cōtinge/  
re. Ergo qm̄ h̄ec faciunt: certū est q̄ in

# Judith

ditionē dabsint. Qd ego ancilla tua cognoscēs fugi ab illis et misit me dñs hec ipa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo etiam nunc apud te. et exierit ancilla tua et adorabz deuz. et dicet mihi. quando eis reddat peccati suū. et veniens nunciabo tibi: at ut ego adducam te p mediā hierusalem. Et habebis omne populum israel sicut oves quibus nō est pastor. et nō lacrabit vel vnuis canis contra te quoniam hec mihi dicta sunt p puidentia dei. Et quoniam iratus eis illis deus: hec ipa missa sum nunciare tibi. Placuerunt autem omnia verba hec coram holoferne et coram pueris eius: et mirabantur ad sapientiam eius. et dicebant alter ad alterum. Nō est talis mulier super terrā in aspectu: in pulchritudine et in sensu verborum. Et dixit ad illam holofernes Bene fecit deus qui misit te ante populum: ut des illū tu in manibus nostris. Et quoniam bona est promissio tua. si fecerit mihi hoc deus tuus. erit et deus meus et tu in domo nabuchodonosor magna eris. et nomē tuum noiabitur in yniuersa terra.

## XII

Uic iussit eam introire ybi regi positi erant thesauri eius: et ius sit illic manere eam. et cōstituit quid daretur illi de cōuiuo suo. Qui respondit iudith. et dixit. Uic non potero manducare ex his que mihi precipis tribui neveriat super me offensio. Et his autem que mihi detuli: mādū calvo. Cui holofernes ait. Si defecerint tibi ista que tecum detulisti: quid facies tibi? Et dixit iudith. Uivit anima tua domine meus. quoniam non expendet omnia hec ancilla tua. donec faciat deus in manu mea hec que cogitavi. Et induxerūt illam serui eius in tabernaculū quo preceperat. et petijt dū introiret ut daretur ei copia nocte. et ante lucem egredienti foras ad orationem. et deprecandi dominum. Et precepit cubicularijs suis ut sicut placeret

illi exiret et introiret ad adorandū deū suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem bethulie. et baptigabat se in fonte aque. Et ut ascēdebat orabat ad dominum deum israel ut dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens munda manebat in tabernaculo usq dum acciperet escam suam in vesperum. Et factum est quarto die holofernes fecit cenam seruis suis. et dixit ad vagao eunuchū. Glade et suade hebream illam ut sponte consentiat habitare tecum. Sedum est enim apud assyrios si femina irrideat virum agendo: ut immunis ab eo transeat. Tunc introiuit vagao ad iudith: et dixit. Nō vereatur bona puella introire ad dominum meum. ut honorificetur ante faciem eius. et manducet cum eo et bibat vinum in iocunditate. Qui iudith respondit. Que ego sum ut cōtradica domino meo? Omne qd erit ante oculos eius bonum et optimū facia. Quicquid autem illi placuerit: hoc mihi erit optimum omnibus diebus vite meae. Et surrexit et ornauit se vestimento suo et ingressa stetit ante faciem eius. Eo autem holofernis concussum est: erat enim ardens in cōcupiscentia eius. Et dixit ad eam holofernes. Bibi nunc et accumbe in iocunditate: quoniam inveneristi gratia coram me. Et dixit iudith. Bibam domine: quoniam magnifica est anima mea hodie p̄e omnibus diebus meis. Et accepit et manducavit et bibit coram ipso. ea que parauerat illi ancilla eius. Et iocundus factus est holofernes ad eam. bibi usq vnuis multum nimis quantum nunq̄ biberat in vita sua.

## XIII

Tautem sero factum est festinaverunt serui illius ad hospitium sua et conclusit vagao ostia cubiculi: et abiit. Erant autem omnes satigatio vino. Eratq̄ Judith sola in cubiculo. Porro holofernes iacebat in lecto nimis ebrietate sopitus

Dixitq; iudith puerū sue vt staret foris ante cubiculum et obseruaret. Ste-  
titq; iudith ante lectum orans cum la-  
chrymis et labiorum motu in silentio  
dicens. Confirmā me domine deus is-  
rael et respice in hac hora ad opa ma-  
nuum mearū ut sicut pmisihi hierusa-  
lem ciuitatē tuā erigas et hoc quod cre-  
des per te posse fieri cogitavi perficiā.  
Et cuz hec dixisset accedit ad columnā  
que erat ad caput lectuli eius et pugna-  
tionem eius qui in ea ligat? pendebat  
eroluit. Lunc euaginas illum appen-  
dit comam capitū eius et ait. Con-  
firmā me dñe deus in hac hora et pcul-  
sit bis in cervice eius et abscidit caput  
eius et abstulit conopēū eius a colunis  
et evoluit corpus eius truncū. Et post  
pucillum exiuit et tradidit caput holo-  
fernī ancille sue et iussit ut mitteret il-  
lum in peram suā. Et exierunt due fm  
cōsuetudinem suam quasi ad orationē  
et transierunt castra et gyantes vallē  
venerunt ad portam ciuitatis. Et dixit  
iudith a longe custodibus muroꝝ. Ape-  
rite portas qm̄ nobiscū est deus; q̄ fecit  
virtutē in israel. Et factū est cum au-  
dissent viri vocē eius vocauerūt p̄sby-  
teros ciuitatis. Et occurserūt ad eam  
omnes a minimo usq; ad maximum:  
quoniā sperauerūt eaz iam nō esse ven-  
turam. Et accēdentes luminaria cōgy-  
rauerunt circa eam vniuersi. Illa autē  
ascendēs in eminentiōre locum iussit  
fieri silentium. Lunc omnes tacuisi-  
sent dixit iudith. Laudate dominū de-  
um nostrum qui nō deseruit sperantes  
in se. et in me ancillam suam adimple-  
vit misericordiam suam quam pmisi  
domui israel et interfecit in manu mea  
hostem populi sui in hac nocte. Et p̄se-  
rens de pera caput holofernī ostendit  
illis dices. Ecce caput holofernī prin-  
cipis militie assyriorum. Et ecce conos-  
peum illi? in quo recumbebat in ebrie-  
tate sua ubi et per manū fēmine pcul-  
sit illum dominus deus noster. Tiuic  
autem ipse dominus; quoniā custo-

diuit me angelus eius et hinc euntē  
et ibi commorantem et inde huic reuertentem  
et non permisit me dominus  
ancillam suam coinquari: sed sine pol-  
lutō peccati reuocauit me vobis gau-  
dientem in victoria sua: euasione mea  
in liberatione vestra. Confitemini illi  
omnes quoniā bonus quoniā in se-  
culum misericordia eius. Cuius au-  
tem adorantes dominum dixerunt ad  
eam. Benedixit te dominus in virtute  
sua. quia per te ad nihilum redigit ini-  
micos nostros. Porro oīas princeps  
populi israel dixit ad eam. Benedicta  
es tu filia a domino deo excelsō pre om-  
nibus mulieribus super terram. Be-  
nedictus dominus qui creauit celum  
et terram. qui te direxit in vulnera ca-  
pitis principis inimicorum nostrorū;  
quia hodie nomen tuum ita magnifici-  
cauit ut non recedat laus tua de ore ho-  
minum qui memores fuerint virtus  
tis domini in eternū: pro quibus nō  
pepercisti anime tue propter angustias  
et tribulationes generis tui sed sub-  
uenisti ruine ante conspectum dei nos-  
tri. Et dixit omnis populus: fiat fiat.  
Porro achior vocatus venit. Et dixit  
ei iudith. Deus israel cui tu testimonis-  
um dedisti q̄ vlciscatur se de inimicis  
suis: apse caput omnium incredulorū  
incidit in hac nocte in manu mea. Et  
ut probes quia ita est. Ecce caput holo-  
fernī qui in cōtemptu superbie sue de-  
um israel cōtempnit et tibi interitum  
minabatur dicens. cum captus fuerit  
populus israel gladio p̄forare precipiā  
latera tua. Tidēs autem achior caput  
holofernī angustiatus pre pauore ce-  
cidit in faciem suam super terrā et estua-  
vit anima eius. Possea vero q̄ resum-  
pto spiritu recreatus est procidit ad pe-  
des eius et adorauit eam et dixit. Bene-  
dicta tu a deo tuo in omni tabernaculo  
iacob. quoniā in omni gente que au-  
dierit nomen tuum magnificabit sup-  
te deus israel.

# Judith

**I**git autem iudith ad omnem  
populum. Audite me fratres.  
**S**uspeditate caput hoc super mu-  
ros nostros, et erit cum exierit sol: acci-  
piat unusquisque arma sua et exite cum im-  
petu: non ut descendatis deorsum: sed  
quasi impetu facientes. Tunc explora-  
tores necesse erit ut fugiant ad princi-  
pem suum excitandum ad pugnam. Cun-  
q; duces eorum cōcurrent ad tabernacu-  
lum holofernis et inuenient eum trū-  
cum in suo sanguine volutā. decidet  
super eos timor. Cunq; cognoveritis  
fugere eos ite post illos securi: quoniam  
dominus conteret eos sub pedibus re-  
stris. Tunc achiorū videns virtutē quā  
fecit deus israel relicto gentilitatē rici  
credidit deo et circumcidit carnē prepu-  
tij sui. et appositus est ad populum israel  
et oī successio generis eius usq; in ho-  
diernū diem. **N**ox autē ut ortus est  
dies suspenderunt super muros caput  
holofernis: accepitq; unusquisque vir ar-  
ma sua et egressi sunt cum grandi stre-  
pitu et pluratu. Quod videntes explo-  
ratores ad tabernaculū holofernis cu-  
currerunt. **H**orro hi qui in tabernacu-  
lo erant venientes et ante ingressum  
cubiculi p̄strepētes excitandi gratia in-  
quietudinem arte moliebant ut non  
ab excitantibus sed a sonantibus holo-  
fernes euigilaret. Nullus enim audie-  
bat cubiculum virtutis assyriorū pul-  
sando aut intrando aperire. Sed cum  
venissent eius duces ac tribuni et uni-  
uersi maiores exercitus assyriorum: di-  
xerunt cubicularijs. Intrate et excita-  
te illum quoniam egressi mures de ca-  
nernis suis ausi sunt puocare nos ad  
prelium. Tunc ingressus vagao cubi-  
culum eius stetit ante cortinā et plau-  
sum fecit manibus suis: suspicabatur  
enim illum cum iudith dormire. Sed  
cum nullum motum iacētis sensu au-  
tium caperet accessit primans ad cor-  
tinam teleuās eam vidensq; cadauer-  
absq; capite holofernis in suo sanguini  
ne tabefactū iacere sup terram: exclam-

auit voce magna cum fletu et seidit  
vestimenta sua. Et ingressus tabernacu-  
lum iudith non inuenit eam. Et exi-  
hiuit foras ad populu et dixit. Una mu-  
lier hebrea fecit confusione in domo  
regis nabuchodonosor. Ecce enim hos  
lofernes iacet in terra et caput eius nō  
est in illo. Quod cum audissent princi-  
pes virtutis assyriorum sciderunt oīs  
vestimenta sua et intolerabile timor et  
tremor cecidit super eos et turbati sunt  
animi eorum valde. Et factus est clamor  
incōparabilis in medio castrop̄ eorum.

**U**nq; omnis exercit? XV

**T**ecollatum holofernet audis-  
set fugit mens et consilium ab  
eis et solo tremore et metu agitati fuge-  
presidiū sumunt ita ut nullus loquere-  
tur eum primo suo sed inclinato capi-  
te relictis omnibus euadere festinabat  
hebreos: quos armatos super se veni-  
re audierant: fugientes per vias cam-  
porum et semitas collinā. Clidētes itaq;  
filii israel fugientes secuti sunt illos de-  
scenderuntq; clangentes tubis et plus  
lates post ipos. et qm̄ assyrii nō aduna-  
ti in fugam ibat precipites. Filii autē  
israel uno agmine persequentes: debili-  
tabant omnes quos inuenire potui-  
sent. **M**isitq; oīas nuncios p̄ omnes  
ciuitates et regiones israel. **M**is itaq;  
regio omnisq; vrbs electā inuentitez  
armatam misit post eos et p̄secuti sunt  
eos in ore gladij quoisq; puenirent ad  
extremitez finium suorum. Reliqui  
autē qui erant in bethulia egressi sunt  
castra assyrii et predam quam fugien-  
tes assyrii reliquerant abstulerunt: et  
onustati sunt valde. **H**i vero qui victo-  
res reuersi sunt ad bethuliam omnia  
que erāt illorū abstulerūt secum: ita ut  
nō esset numerus in pecoribus in in-  
mentis et uniuersis mobilibus eorum  
ut a minimo usq; ad magnū omnes  
diuites fierent de p̄dationib; eorum. **N**os  
achim autem summus pontifex de hie-  
rusalem venit in bethuliam cū uniuersis  
presbyteris suis ut videret iudith.

**Q**ue cum exisset ad illū: benedixerunt  
illam omnes. **V**na voce dicentes. **T**u  
gloria hierusalem tu leticia israel tu ho  
norificētia populi nostriquia fecisti vi  
tiliter et confortatus est cor tuum eo q  
castitatem amaueris et post virū tuum  
alterum nescieris. ideo et manus domi  
ni cōfortauit te. et ideo eris benedicta  
in eternum. **E**t dixit oīs populus fiat  
fiat. **P**er dies autē triginta vix colle  
cta sunt spolia assyrioz a populo israel.  
**P**orro autē vniuersa que holofernis  
peculiaria fuisse probata sunt dederūt  
iudith in auro et argento et vestibus et  
gēmis et oī suppellectili: et tradita sunt  
omnia illa populo. **E**t omnes populi  
gaudebant cum mulieribus et virgi  
nibus et iuuenibus in organis et ci  
tharis.

**XVI**

**C**unc cantauit canticum hoc do  
mino iudith dicens. **I**nspice do  
mino in tympanis: cantate do  
mino i cymbalis, modulamini illi psal  
mum nouum: exultate et inuocate no  
men eius. **D**ominus conterens bella  
dominus nomen est illi. **Q**ui posuit ca  
stra sua in medio populi sui ut eriperet  
nos de manu omnium populorum no  
strorum. **C**lenit assur ex montibus ab  
aquinone in multitudine fortitudinis  
sue: cuius multitudo obturauit torre  
tes et equi eorum cooperuerūt valles.  
**D**ixit se incensurum fines meos et iu  
uenes meos occisurū gladio: infantes  
meos dare in predam et virgines in ca  
ptivitatem. **D**ominus autē omnipotens  
nocuit eum et tradidit eū in ma  
nus femine et confudit eum. **N**on enī  
cecidit potens eorum a iuuenibus nec  
filii titan pcusserūt eum: nec excelsi gi  
gantes imposuerunt se illi: sed iudith  
filia merari in specie faciei sue dissoluit  
eum. Eruit enim se vestimento vidui  
tatis et induit se vestimento leticie in  
exultatione filiorum israel. **C**unxit facie  
suam vnguento, colligauit cincinnos su  
os mitra ad decipiendum illum. **S**an  
dalia eius rapuerunt oculos eius: puls

chritudo eius captiuam fecit animati  
eius amputauit pugione ceruicē eius  
¶orruerunt perse constantiam eius et  
medi audaciā eius. **T**unc vllulauerūt  
castra assyriorum quando apparuerūt  
humiles mei: arescētes in siti. **F**ilii pu  
ellarum compunserūt eos et sicut pue  
ros fugientes occiderunt eos perierūt  
in plio a facie domini dei mei. **H**ymnū  
cantemus domino: hymnum nouum  
cantemus deo nostro. **A**donaī domine  
magnus es tu et preclarus in virtute  
et quē superare nemo potest. **T**ibi ser  
uat omnis creatura tua quia dixisti et  
facta sunt misisti spiritum tuum et cre  
ata sunt: et non est qui resistat voci tue  
**M**ontes a fundamentis mouebunt  
cum aquis. petre sicut cera liqueſcent  
ante faciem tuam. **Q**ui autem timen  
te magni erunt apud te per omnia. **G**e  
genti insurgenti super genitū metim.  
**D**ominus enim omnipotens vindica  
bit in eis in die iudicij visitabit illos.  
**D**abit enim ignem et vermes in car  
nes eorum ut vrantur et sentiant usq  
in sempiternum. **E**t factuz est post huc  
omnis populus postvictoriam venit in  
hierusalem adorare dominum. et mor  
ut purificati sunt obuleunt omnes  
holocausta et vota et re promissiones su  
as. **P**orro iudith vniuersa vasa bellis  
ca holofernis que dedit illi populus et  
conopeum quod ipa sustulerat obtu  
lit in anathema obliuionis. **E**rat autē  
populus iocundus scđm faciez sancto  
rum et per tres menses gaudium hu  
ius victorie celebratū est cum iudith.  
**P**ost dies autem illos vniusquisq re  
dixit in sua. et iudith magna facta est in  
bethulia et p̄clarior erat vniuersē terre  
israel. **E**rat etiā virtuti castitas adiun  
cta: ita ut nō cognosceret virū omnib  
diebus vite sue ex quo defunct⁹ est ma  
nasses vir eius. **E**rat autem diebus fe  
stis p̄cedens cum magna gloria. **S**an  
ctis aut̄ in domo viri sui annos centuz  
qnicq: et dimisit abrā suā liberāt⁹ defun  
cta est ac sepulta cū viro suo i bethulia

# Prologus

Iuxit illam omnis populus diebus se-  
pem. In omni autem spacio vite eius  
non fuit qui perturbaret israel. et post mor-  
tem eius annis multis. Dies autem vi-  
ctorie huius festivitatis ab hebreis in  
numero sanctorum dierum accipitur et coli-  
tur a iudeis ex illo tempore usque in pente die.

Explicit liber Iudich.

Incipit prologus in librum hester.

librum hester varijs trans-  
latoribus constat esse via-  
cum quem ego de arcinis he-  
breorum reuelans verbum  
et verbo expressius transluli. Quem librum  
editio vulgata laciniosis hincinde ver-  
borum funibus trahit. addens ea que ex  
tempore dici poterant et audiri sicut so-  
litum est scolaribus disciplinis sumpto-  
chamate excogitare quibus verbis uti  
potuit qui iniuriam passus est vel ille qui  
iniuriam fecit. Tlos autem o paula et  
eustochium quoniā et bibliothecas he-  
breorum studiis intrare et interpre-  
tatum certamina comprobasti: tenen-  
tes hester hebraicum librum per singu-  
la verba nostram translationem aspici-  
te: ut possitis agnoscere me. nihil etiā  
augmentasse addendo sed fidei testi-  
monio simpliciter sicut in hebreo habe-  
tue historiam hebraicam latine lingue  
tradidisse. Nec affectamus laudes ho-  
minum nec vituperationis expauesci-  
mus: deo enim placere curātes minas ho-  
minū penitus non timemus. quia deus  
dissipat ossa eorum hominibus placere desi-  
derat. et hinc apostolum quod eiusmodi sunt ser-  
ui christi esse non possunt. Rursus in li-  
bro hester alphabetum et munio usque ad  
theca lēam fecimus diuersis in locis:  
volentes. s. septuaginta interpretū or-  
dinem per hoc insinuari studio lectori.  
Nos enim iuxta morem hebraicum or-  
dinem prosequi etiā in septuaginta e/  
ditione maluimus.

Explicit plog? Incipit lib hester: Ca. I.

## ¶ diebus as

i suerū qui regnauit ab in-  
dia usque ethiopiā sup cen-  
tū vigintiseptē puicias  
qui sedit ī solio regni sui: sula cuitas re-  
gni eius exordiū fuit. Tertio igit̄ anno  
imperiū sui fecerat grande coniuīū cun-  
ctis principibus et pueris suis fortissi-  
mis persarum et medorum inclytis et  
prefectis puinciarum coram se: ut ostē  
deret divitias glorie regni sui ac magni-  
tudinem atque iacentiam potentie sue  
multo tempore: centū videlicet et octo  
ginta diebus. Cumque impleretur dies  
coniuīū invitauit omnem populum q̄  
inuentus est in susis a marimo usque ad  
minimum. et iussit septem diebus cō-  
uiuīū preparari in vestibulo porti et  
nemoris quod regio cultu et manu cō-  
fitem erat. Et pendebant ex omni pte-  
centoria aerei coloris et carbassiachya  
cinctini: sustentata funibus byssinis at-  
que purpureis qui eburneis circulis in-  
serti erant et columnis marmoreis ful-  
tiebantur. Lectuli quoque aurei et argē-  
tei super pavimentum smaragdino et  
pario stratum lapide dispositi erant:  
quod mira varietate pictura decorabat.  
Sibebant autem qui invitati erant. au-  
reis poculis ei alijs atque alijs vasis ci-  
bi inferebantur. Clinum quoque ut ma-  
gnificētia regia dignum erat abundās  
et precipuum ponebatur. Nec erat qui  
nolentes cogeret ad bibendum sed si-  
cū rex statuerat preponēs mensis sin-  
gulos de principibus suis ut sumeret  
vnum quisque quod vellet. Elasthi quoque  
regina fecit coniuīū seminarum in  
palatio ubi rex asuerus manere cōsue-  
uerat. Itaque die septimo cum rex esset  
hilarius et post nimiam potionem inca-  
luisse mero: precepit maumam et ba-  
gatha et arbona et bagatha et abgatha  
et carath et charchas septē eunuchis q̄  
in cōspectu eius ministrabat: ut intro-  
duceret reginā valthi corā rege posito  
sup caput ei⁹ diadema ut ostenderet